



**R. P. Ildephonsi Peñafiel E' Societate Jesu, Quondam In
Cusquensi Collegio Sacrae Theologiae Primarij
Antecessoris ... Theologia Scholastica Naturalis**

Peñafiel, Alonso

Lugduni, M.DC.LXXIIX.

Qvæstio V. Vtrùm forma sit principium individuationis in subiectis corporeis, & in materia ac forma quod sit principium individuationis earum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95892](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95892)

Quæst. V. Vtrum principium, &c. 315

Ad prædicationis ex se non esse imperfectius suo prædicato superiori, sicut materia quæ est primum subiectum, est inferior forma, & ideo necessarium non esse ut id, quod est primum subiectum in ordine generationis, & imperfectior sit primum principium, & fundamentum individui, quod est primum subiectum ordine prædicationis, continens in se omnem perfectionem superiorum, & addens aliquid proprium, quo illa veluti complet, ac perficit.



QVÆSTIO V.

Vtrum forma sit principium individuationis in subiectis corporeis, & in materia, ac forma quod sit principium individuationis earum?

SECTIO I.

Sententia Adversaria proponitur.

RIMA sententia asserit principium individuationis non esse formam: probatur sic primo, quia principium individuationis debet esse incommunicabile; sed forma est communicabilis materię ut subiecto: ergo forma non est principium individuationis; maior est evidens, quia principium, & principiatum debent habere proportionem; sed principiatum, quod est individuum, est incommunicabile multis: ergo etiam principium talis individui debet esse incommunicabile.

Secundo sic probatur; quia differentia individualis est differentia materialis; & differentia specifica formalis: ergo differentia individualis sumitur a materia specifica, & non a forma.

Tertio, quia differentia specifica habet pro principio physico id, per quod distinguimur specie, & differentia individualis est id, per quod distinguimur numero, sed per formam distinguuntur homo ab equo specie: ergo differentia specifica sumitur a forma, & differentia numerica debet sumi a materia, quia per distinctas materias numero distinguimur. Probatur hæc consequentia, quia si differentia individualis sumeretur a forma distincta individua numero distinguerentur formaliter; unde, & essentialiter, quod est absurdum. Deinde unitas individualis non esset iam carentia divisionis per principia materialia, sed etiam per principia formalia limitativa in genere causa formalis principij materialis.

Secunda sententia asserit neque formam, neque materiam posse habere suam individuationem ex propria entitate; & probatur.

Primo, quia nec materia, nec forma cum alia materia, & cum alia forma differunt se totis, neque sunt primo diversæ, itavt in nullo assimilentur, neque convenient: ergo principium individuationis earum non est tota entitas, quia principium individuationis est principium distinctionis dissimilitudinis, & disconvenientiæ. Antecedens certum est, ac satis notum, consequentia patet: forma Petri, & materia Petri ex vna parte, & ex alia forma Pauli, & materia eius non sunt dissimiles, diversæ, vel distinctæ se totis; sed si tota entitas heret principium individuationis; & distinctionis formæ, & materiæ Petri a materia, & forma Pauli, tales materiæ, & formæ se totis differrent, & dissimiles forent, nec posset assignari in illa eadem entitate aliud, in quo disconvenient, & differrent, & aliud in quo convenient, & assimilarentur: ergo tota entitas illarum non est principium individuationis. Patet minor, quia si tota entitas est principium disconveniendi, & distinguendi, secundum totam entitatem dissimilarentur: ergo ita se totis distinguerentur, ut in nullo convenient.

Confirmatur eadem minor; quia principia individualia debent esse ita primo diversa, ut in nullo univoco convenient, & assimilentur; sed per te tota entitas formæ Petri est principium individuationis eius: ergo secundum totam entitatem dissimilatur a forma Pauli; ergo in nulla ratione convenient, quod est absurdum; nam hæc forma Petri, & illa forma Pauli conveniunt in aliquo univoco, & specifico conceptu, non ergo ab illis potest desumi principium individuationis, & consequenter falsum est, quod seipsis suæque propria entitate sine habitudine ad aliud, tanquam ad radicem formæ ut materia sit individua.

Secundo, tota entitas includit essentiam, & gradum hæccitatis; sed individuat non sumitur ab essentia præcise, quia hæc non determinat hæc potius, quam illam individuationem, neque ab hæccitate, quia ut supra dicebamus huius hæccitatis radicem, & principium quærimus, quare potius huic essentia, quam alteri conveniat: ergo individuat non sumitur a propria entitate.

Tertio conceptus entitatis supra essentiam nihil aliud addit, nisi singularitatem, hæccitatem, & individualement differentiam: sed essentia secundum se non potest esse principium individuationis, quia est indifferens, & de ipso gradu individuali difficultas est, a quo in huiusmodi essentia originetur: ergo entitas, ut entitas est formæ vel materiæ, quæ nihil est aliud in ista formalitate, quam essentia pro ut individua, non est principium individuationis, quia hoc est quod quærimus, unde habeat hæc essentia, supposito quod ex se est indifferens quod illi determinate conveniat huiusmodi hæccitas, & individuat.

Quarto, ut forma, v. g. vel materia ut sic red- datur individua, & hæc entitates egent gradu positivo addito quod sit hæccitas, vel individualis differentia: ergo ex se ipsa non est principium huius individuationis, seu hæccitatis; antecedens est certum, ex dictis in Dialectica, sed supposito quod hæc forma est singularis, & individua per gradum sibi additum positivum ex se, & per se non determinat hanc individuationem, sed ad ipsam est indifferens: ergo hæc forma se ipsa non est principium individuationis propriæ; minor patet, quia eo quod res materiales secundum se sunt indifferentes ad hanc vel illam individuationem, additur metaphysice loquendo gradus positivus, quo hæc forma trahatur ad fundandam hanc negationem, quam unitas individualis importat, ad differentiam Dei, & Angelorum, quorum naturæ cum ex se non sint communicabiles multis per divisionem in ipsis, ex se sunt singulares, & determinant absque positivo addito hanc negationem in qua consistit formaliter individuum: habemus ergo quod forma secundum se non est

Rr 2 princ

316 Disp. IV. De principio individuationis,

principium individuationis, & si asseras, quod est principium individuationis propterea hæc, iam involvis principium ipsum, de quo principium querimus, & incidis in opinionem Scoti ponentis hæc eicatem principium individuationis; nam si forma, vel materia secundum se non est principium individuationis, sed reduplicative propterea hæc ipsa hæc eitas, ratione cuius constituitur, hæc erit principium individuationis, hæc enim est vis huius reduplicationis, nam quia corpus secundum se non disgregat visum, sed propterea album nemo negat ipsum principium disgregandi visum esse albedinem: sed ex alia parte nos hic querimus radicem, & principium; unde hæc natura sit hæc, & individua: ergo non bene respondebitur, quod ex seipsa quatenus hæc, & individua, quia huius quatenus huius, querimus principium.

SECTIO II.

Nostra sententia explicatur.

Prima conclusio: præcipuum, ac proprium principium, radicale, & parziale intrinsecum individuationis, est hæc forma substantialis quæ sola sufficit, ut hoc compositum, quatenus est individuum speciei idem numero censetur: hæc Conclusio est evidens, supposita prima, & probatur ex Aristotele 2. de Anima, cap. 1. ubi sic ait formam esse, quæ hoc aliquid constituit, sed in sententia Arist. hoc aliquid, ut patet ex prædicamento de substantia, est prima substantia seu individuum: ergo in sententia Arist. forma est præcipuum principium individuationis substantiæ completæ, quod coincidet cum communi illo proloquio asserente, actus est, qui distinguit, hoc est actus est principium illius ultimæ differentiæ individualis scilicet, per quam ultimo distinguitur substantia individua completa, quod explicans Avicenna, 6. Naturalium p. 1. dicit, formam dare subiecto unitatem numericam, quod eisdem pene verbis asserit Averroes, secundum mentem Aristotelis, tanquam exactus tanti Philosophi Commentator. 1. de anima, cap. 7. & lib. 2. in princip. & commento. 6. 8. & 9. & 17. & 3. Phisicor. Commento. 60. & lib. 4. Commento. 38. unde, D. Thom. ut supra dixi contra Genes, cap. 40. ex professo probat materiam non esse primam causam distinctionis rerum, sed formam, ubi sic ait in ratione, formam non sequi dispositionem materiæ, sicut primam causam, sed magis è converso materiæ sic disponi, ut sequatur talis forma, itemque ibidem ait, ea, quæ reducuntur in materiam, sicut in primam causam esse præter intentionem agentis, & casu fieri, si ergo materia esset prima causa, ob quam esset tale individuum, individuum ut sic casu fieret, & præter intentionem agentis, & deinde asserit unam materiam indigere alio à se distincto, ut distinguatur ab alia materia, non ergo illa est prima causa distinctionis, & individuationis, sed forma de qua ait D. Thom. 2. contra Genes, formam tribuere esse primæ substantiæ, quia forma est actus à quo in sua ultima perfectione, & determinatione constituitur individua substantia completa, sed ut ait ipse Angelicus Doctor q. unica, de anima, art. 1. ad 2. unumquodque secundum idem habere esse, & individuationem: ergo si in sententia D. Thom. unaquæque res completa, individua præcipue habet esse à

forma: ergo ex sententia ipsius præcipue habebit unitatem individualement: hæc consequentia sic probatur à D. Thom. quia unitas est passio consequens entitatem, & non addit illi nisi negationem ergo non potest habere aliud principium positivum, & reale, nisi, quod est principium ipsius.

Hic modus loquendi frequens est maximeque celebris, in scriptura, ut videre est in lib. Gen. Exodi, Deuteronomij, & præcipue in Prophetia Ieremie, quibus in locis, ut scriptura significet individua distincta hominum, non vocat particulares homines, sed ea, vocat animas; nam c. 52. Ieremie, m. 30. sic est [In anno 23. Nabucodonosor transiit, Nabulardan Magister militiæ animas Iudeorum septingentas quadraginta quinque:] omnes ergo animæ quatuor millia sexcentæ, quem locum explicans D. Aug. lib. 8. de civitate Dei, ait; hic scripturam sumere animas pro individuis completis substantialibus hominum, quia inquit D. Cherubichus, Anima est præcipuum constitutum hominis individui, quem omnes Doctores interpretes scripturæ, nullo dempto, sequuntur: ergo secundum modum loquendi scripturæ optime stat nostra conclusio, quæ asserimus hanc formam substantialem esse præcipuum principium individuationis compositi substantialis.

Ratione evidenti sic demonstratur primo, quia¹⁰ principium individuationis præcipuum, de quo nunc loquimur, debet esse intrinsecum, & parziale respectu individui; sed in composito tantum dantur duo principia intrinseca, v. g. hæc materia, & hæc forma substantialis; uno enim non est principium: sed causalitas, & ratio formalis principiandi, quia est modus utriusque principij atque hæc materia, nec nuda, nec signata, ut late probatum manet, 1. conclus. est principium individuationis: ergo necessario, & solum debet esse hæc forma substantialis principium intrinsecum parziale, præcipuum, & proprium individuationis substantiæ completæ; ergo necessario, & solum debet esse hæc forma id, cui attribuitur tanquam radici physicæ differentia individualis metaphysica; maior est clara in omnium sententia; minor satis probata manet, quæst. præced. consequentia suppositis maiori, & minori est evidens.

Secundo sic probatur, quia in hac numero¹¹ forma concurrunt omnia requisita ad hoc ut sit principium præcipuum individuationis huius individui, & claritatis: ergo loquor de hac anima Petri respectu individuationis ipsius Petri; ergo illa est principium parziale, radicale, intrinsecum, & proprium illius: antecedens sic demonstratur, quia individuum ut tale tria habet, primum, quod sit indivisum in sua entitate singulari: sed hæc anima rationalis etiam est indivisa omnino; imo & indivisibilis in se, & in sua entitate singulari: ergo ex hac parte potest esse principium, & secundum requisitum est, quod individuo Petri, v. g. Petreitas est ita propria Petri ut nulli alteri possit convenire: sed hæc anima rationalis, ita propria est Petri, ut nullius alterius possit esse anima, sed solius Petri; quod sic demonstratur nam in Petro physice datur hæc materia, & hæc forma, sed cum alia numero materia, & cum alia; & alia in infinitum, dum tamen perseveret hæc anima rationalis, v. g. si animæ ipsius Petri uniat corpus constans ex materia distincta à corpore, quod prius habuit, quamvis compositum illud non sit omni ex parte idem, quod antea fuit, tamen

tamen simpliciter loquendo, illud individuum dicitur idem ratione eiusdem animæ, unde erit ipse Petrus, at vero e contrario, si corpori ex eadem materia constanti vnatur anima numero distincta simpliciter, non censetur idem individuum, sed distinctum, & vt clarius loquamur, pono exemplum, quando vnus barbarus alimentatur tota materia alterius hominis carnibus videlicet, nervis, & ossibus, illa materia hominis, quæ alimentum fuit barbari comedentis, fit materia illius, quæ antea fuerat materia alterius hominis, nimirum occisi, & qui comeditur à Barbaro, vbi vna numero materia est materia duorum, & nihilominus sunt distincta individua, & distincti numero homines, in die autem iudicii, & resurrectionis mortuorum, Deus, vt asserunt probatores Theologi, creavit aliam materiam primam vt sit materia vnus ex illis, & nihilominus secundum fidem erunt iidem numero homines, ac erant antea, secundum illud *Iob*, nam [ego ipse, & non alius, in carne mea, & pelle mea videbo Deum Salvatorem meum,] & nihilominus in vno ex illis solum est eadem forma; item quando moritur Petrus, in eadem materia Petri introducit formam cadaveris, & tale cadaver distinguitur non solum numero à Petro: sed etiam specie, & genere, vbi non potest esse alia causa talis distinctionis, nisi distincta numero, specie, & genere, forma, siquidem materia est eadem numero in Petro, ac in cadavere; ergo signum evidens est præcipuum principii individuationis sumi præcipue à forma, siquidem sola forma, v. g. anima Petri, quia ita propria est Petri, vt non possit esse alterius, sufficit, vt cum quacunque materia constituat Petrum eiusdem numero, & distinctum à quolibet alio, ex quo colligitur evidenter unitatem numericam, seu distinctionem individui proprie, & præcipue solum fundari in hac numero anima, materiamque solum inchoare, id quod completur, & determinatur per formam siquidem, cum eadem, vel cum distincta materia propter solum distinctam numero formam, est aliud individuum *num. 3.* requisitum est, quod individuum est ultimo distinctum à quolibet alio sine aliqua convenientia; sed etiam hæc forma Petri est per quam sumptam singulariter, ultimo distinguitur Petrus à quolibet alio individuo, sine aliqua convenientia physica, v. g. suppono casum supra positum de duobus hominibus habentibus successive, vel simul eandem numero materiam, illi homines distinguuntur absolute, & simpliciter: sed non distinguuntur per materiam, cum eadem numero materia sit ipsorum; unde non solum conveniunt in materia; sed sunt idem in illa: ergo tota ultima distinctio sumitur à forma, quod clarius videtur in Petro vivo, qui vere, & realiter non est cadaver, & nihil Petrus, & cadaver, quod succedit ad mortem Petri constant eadem numero materia numero, Petrus autem, & cadaver, non solum genere, & specie, sed etiam numero distinguuntur, nam vere sunt duo individua, licet distincti generis, & distincte speciei; sed in illo casu illa distinctio ultima individualis, quæ intercedit inter Petrum, & cadaver solum refunditur in formam; ergo forma est præcipuum principium individuationis.

¹² Ultimum requisitum quod reperitur in individuo, in sententia Adversariorum, est quod individuum sit incommunicabile alteri omnino per contra positionem ad universale, id est vt universale ex

sua natura petat communicari multis communicatione constitutionis, id est constituendo intrinsece illa, quibus communicatur, v. g. ideo homo est vniversalis, quia constituit Petrum, & Paulum, & ita prædicatur de eis, siue prædicatione adiectiva siue substantiva, hæc autem communicabilitas est propria rei vniversalis, ita vt quæcumque alia sit per accedens, & materialis; nam hæc albedo communicatur parieti per inhesionem, & non est vniversalis; item natura humana individua Christi communicatur Verbo divino per unionem hypostaticam; item, & Verbum divinum communicatur naturæ humanæ terminative, & nihilominus, nec Verbum divinum, nec hæc humanitas sunt vniversalia; sic similiter singulare constituitur per incommunicabilitatem formaliter oppositam vniversali, scilicet per incommunicabilitatem constitutionis, cum indifferentia, ad multa constituenda, ita vt quæcumque alia incommunicabilitas sit per accedens, & materialiter se habeat, ad constitutionem singularem, v. g. materia prima vt sic, est incommunicabilis per modum formæ alteri materiæ, vt supra diximus, & nihilominus materia, vt sic, non est singularis; sed vniversalis, quia licet habeat dictam incommunicabilitatem, cum illa sit per accedens, & materialis, ad nostrum propositum, & ex alio capite habeat communicabilitatem ad multas materias particulares, quas potest constituere, inde evenit, vt non obstante incommunicabilitate ratione primæ formaliter conducentis ad vniversalitatem, sit vniversalis formaliter; unde inter principia physica illud quod fuerit communicabile physice, cum indifferentia ad multa constituenda, erit principium intrinsecum prædicati Metaphysici vniversalis, & ideo materia prima est principium physicum, à quo sumitur genus, quia materia, prima habet communicabilitatem constitutionis cum indifferentia ad multa, quia eadem numero materia prima potest constituere multa individua distincta successive naturaliter: è contra vero, illud principium physicum, quod nullam communicabilitatem habet cum indifferentia ad constituenda multa, sed potius ex natura sua fuerit ita determinatum, & proprium vnus individui, vt nullo modo possit constituere aliud individuum, sine dubio erit principium prædicati illius metaphysici, quod fuerit ita proprium huius singularis, vt alteri nullo modo possit convenire, vti est differentia individualis, quæ vltimus actus metaphysicus est: sed hæc numero forma, seu anima, ita est incommunicabilis physice omnino alteri individuo, vt impossibile sit, vt anima D. Petri, v. g. possit constituere D. Ioannem, sed necessario determinata est omnino, vt constituat D. Petrum, sine aliqua indeterminatione, & indifferentia, ad alium constituendum: ergo omnia requisita proprii, ac præcipui principii physici radicalis differentie individualis conveniunt huic animæ, vel formæ substantiali, quæ vltimus actus physicus est, sicut differentia individualis est vltimus actus metaphysicus.

Confirmatur, quia inter principium, & principium debet dari proportio, in ea ratione, qua principium, & principium sunt, v. g. ideo genus sumitur in sententia Thomistarum à materia, quia sicut hæc materia physica est, genus est materia metaphysica, & sicut hæc est tota perfectibilis per formam physicam, & communicabilis multis formis, sic similiter genus est perfectibile per differ-

318 Disp. IV. De principio individuationis,

rentias, & communicabile multis speciebus, & si cut materia prima est pura potentia, in cuius es- sentia nulla forma actualiter includitur, ita genus est purum totum potentiale, sine eo quod actu, nec confuse nec extrasse includat aliquam diffe- rentiam actu, & etiam differentia specifica sumit- ur à forma physica, quia differentia est forma metaphysica, & quia sicut forma perficit mate- riam, sic differentia perficit genus, & sicut in ea- dem materia propter formas specie distinctas, da- tur distinctio specifica inter composita, ita propter differentias específicas in eodem genere, datur distinctio specifica specierum.

14 Tum sic, sed differentia individualis habet om- nimodam proportionem, cum hac forma, quam non habet cum materia, quia differentia indivi- dualis est hæc forma metaphysica, sicut illa est hæc forma physica, & hæc contrahit materiam metaphysicam, quæ est genus contrahendo ipsam speciem, sicut physica forma contrahit materiam physicam, & sicut hæc forma, D. Petri v.g. distin- guit numero D. Petrum, à D. Paulo, sic hæc diffe- rentia individualis distinguit D. Petrum metaphy- sice ab ipso D. Paulo, & sicut hæc forma physica minime est informabilis, nec perfectibilis ab alia, ipsa vero ultimo informat materiam, ita hæc dif- ferentia individualis, non contrahitur, nec perfici- tur per aliam differentiam, quia ipsa est ultima perfectio, contractio, ultimaque determinatio, & actualitas huius individui, per quam distinguitur hoc individuum à quolibet alio: ergo propter has omnes rationes convenientiæ, & similitudinem, in- ter individuationem, & hanc formam physicam, quam minime reperies, inter eam, & materiam pri- mam, talis individuatō radicaliter, & inadæquate debet sumi tanquam à proprio principio, à forma potius, quam à materia.

15 Dices, quod quamvis recte probetur hoc argu- mento formam conferre ad individuationem, non tamen satis efficaciter probari illo aut formam solum esse principium individuationis, aut illam esse præcipuum principium; nam etiam materia est principium intrinsecum constituens rei entita- tem, & ideo etiam principium individuationis, si non sola, saltem cum forma.

16 Sed contra; nam secunda pars obiectionis sine dubio falsa est, & procedit ex ignorantia, & ex non recta cognitione, & penetratione argumentorum, quæ à nobis posita sunt, ad probandum formam substantialem esse proprium ac præcipuum indi- vidualis principium, certe enim ad hoc se lum probandum à me posita sunt, ut illa consideranti liquefceret, & deinde sic breviter demonstratur, vnum, & ens convertuntur, & ab eodem vnum, quodque habet unitatem, & distinctionem, à quo habet esse, sed individuum substantiæ materialis, cum sit compositum ex materia, & forma, habet suum esse completum à materia, & forma: atqui principaliter compositum est ens vnum, & ab alijs distinctum propter formam; omnes namque concedunt esse cuiuslibet rei, vel solum, ut in An- gelis, qui à D. Thom. formæ completæ vocantur, vel certe principaliter esse à forma, ut in compo- sitis: ergo unitas, & distinctio individuatorum principaliter est à forma, cui rei etiam illud fi- dem facit, quod materia est propter formam; ete- nim forma est finis materiæ, ut Author est Ari- stoteles, 2. *Physicorum* textu 8. 1. & 91. quare unitas, & distinctio materiæ, licet non sumatur

propter à forma, loquendo præcipue de unitate numerica, nihilominus, talis est instituta ex na- tura, ut sit destinata, & ordinata talis ob unita- tem, & distinctionem formæ, melius enim est, ut inquit Averroes, 2. *de anima*, *commento*. 60. existi- mare diversitatem materiarum esse propter diver- sitatem formarum, quam esse contrarietatem, si unitas, & distinctio materiæ generica, est ordinata ad for- mam, similiter etiam specifica, cur non itidem numeralis erit principaliter in ordine ad formam, v.g. in eo casu quo dicitur hæc materia est mate- ria Petri; nam illa determinatur ad Petrum ex eo, quod informatur anima Petri, & cum ea compo- nat Petrum, præsertim cum Arist. in 2. *de anima*, *textu*. 2. affirmet per formam fieri entitatem singu- larem totius, & 7. *textu*. unitatem, & multitudinem rerum completarum, ut sunt primæ substantiæ, seu individua principaliter esse ab actu, & in 7. *metaph.* c. 49. separare ac distinguere esse pro- prium actus, unde absolute, & simpliciter, com- parando inter se materiam, & formam præcipuum principium, est forma, non tantum respectu na- turæ specificæ sumpta forma in specie, sed etiam respectu huius individui, & singularis sumpta forma individua, & singularis, quia hæc forma est maxime propria ut supra dixi huius individui, & quia illa est, quæ complet hanc numero sub- stantiam integram, nam hæc materia solum in- choat illam, & quantum est de se non magis in- choat hanc, quam aliam.

Dices formam esse principium distinctionis spe- 17 cificæ, quia facit differre formaliter, non ergo potest esse principium distinctionis numerice, aliàs distinctio numerica esset formalis; sed contra primo, nam propter eandem rationem propter quā differentia specifica sumitur à forma, etiam diffe- rentia numerica debet sumi ab illa, nam quia con- ceptus generis, & differentie sic se habent ut ille sit potentialis, atque imperfectior per conceptum differentie, & conceptum differentie habere modum actus, cum determinantis, atque contrahentis, inde se- quitur gradus ex imperfectiori gradu naturæ de- sumi; differentiam vero ex perfectiori, & quia ra- dix totius potentialitatis in rebus materialibus est materia, quæ in sua entitate est pura potentia determinabilis per formam tanquam per pro- prium actum, & radix totius actualitatis est for- ma, per quam determinatur materia ad talem spe- ciem; ideo dictum est ab Aristotele genus sumi à materia, & differentia specifica à forma, quia dif- ferentia specifica est actus distinctivus, & genus est potentia metaphysica, atque adeo prædicatum convenientiæ: atqui differentia individualis me- taphysica est etiam actus metaphysicus, sine ali- qua ratione convenientiæ propter quem distin- guitur ultimo res singularis à quacunque alia: ergo tale prædicatum metaphysicū debet sumi ab actu physico, per illud physice distinguitur com- positum, & per quem actuatur, & completur in- esse talis sine aliqua potentialitate, & perfectibili- tate; atqui in composito singulari, sola forma phy- sica est huiusmodi, quia materia oppositas habet condiciones: ergo sicut differentia specifica, quia est actus metaphysicus, sumitur à forma, quæ est actus physicus, similiter differentia individualis sumitur à forma, quia si illa est forma physica, hæc est forma metaphysica, & sicut illa contrahit, & materiam determinat, actuaturque illam, sine ali- qua perfectibilitate, & sine eo quod sit informa- bilis

bilis per aliam, sic similiter differentia individua-
bilis metaphysica actuatur genus, & speciem, deter-
minat ad ultimum actuale esse individuale, sine ul-
teriori perfectibilitate, & sine eo quod illa possit
informari per aliam differentiam; unde sicut for-
ma secundum suam rationem specificam, & es-
sentialem, facit differentiam specificam, & essen-
tialiam, vel est principium illius, sic similiter for-
ma individua secundum suam singularitatem, &
individuationem, poterit esse principium, à quo
sumatur praecipue, & formaliter individuatione
compositi, Petrus enim, & Paulus magis diffe-
runt inter se numero, quia habent animas nume-
ro distinctas, quam quia habent distincta corpo-
ra, imò è contrario simpliciter censetur idem ho-
mo numero, non tantum secundum apparentiam,
sed etiam secundum veritatem, qui habet eandem
numero animam, etiam si corpus mutatum sit, ra-
tio vero est evidens, quia ut supra diximus, forma
simpliciter censetur constituere speciem, & simi-
liter haec forma hoc individuum, sub tali specie.
Secundo contra, quia illa obiectio procedit ex
magna equivocatione, nam cum ait, non ergo
potest esse principium distinctionis numericae,
alias distinctio numerica esset formalis, vel il-
lam particulam *formalis* sumit pro distinctio-
ne, quae originatur à forma physica, vel pro di-
stinctione, quae sequitur ad formam metaphysi-
cam, qualis est omnis differentia, & in hoc sen-
su recte procedit, nam distinctio illa formalis
est in hac acceptione, quia in nostra senten-
tia principium huius est forma, & anima ratio-
nalis, in Petro, & etiam, quia sequitur ad dif-
ferentiam individualement, quae vera metaphysica
forma est, quare iure optimo formalis dicitur,
tum propter formam physicam à qua originatur
propter formam metaphysicam, qualis est diffe-
rentia individualis ad quam sequitur talis di-
stinctio numerica, aliter autem potest sumi illa
particula *formalis* id est pro eo, quod significat
altera essentialis videlicet, ita ut idem sonet di-
stinctio formalis, ac distinctio formalis, & specifi-
ca, & in hoc sensu falsa est illa propositio, quia
non sequitur necessarii, quod omnis distinctio
formalis sit essentialis, nam distinctio numerica,
quae reperitur in Angelo Michael, quatenus di-
stinguitur talis distinctio à distinctione speci-
fica, quae reperitur etiam in ipso Michael res-
pectu Gabrielis, Gabriel enim, & Michael, non
solum specie, sed etiam numero, & individuali-
ter distinguuntur, quia sunt vera individua diver-
sorum specierum; unde propter differentiam
specificam, specie, & essentialiter distinguuntur,
& propter veras differentias individuales indi-
vidualiter & numero etiam distinguuntur, sicut
hic leo, & hic homo non solum specie, sed nu-
mero distinguuntur, imò impossibile est, quod
aliqua distinguantur specie, à parte rei, & non
distinguantur numero, & individualiter, quia
nunquam dantur species reales, nisi contractae,
& identificatae cum suis singularitatibus, illa
igitur distinctio numerica, quatenus non est spe-
cifica, non est distinctio materialis, quia nulla
est materia in Angelo, à qua possit talis dici, An-
gelus enim totus est quaedam forma completa
subsistens, ut asserit D. Thomas *1. parte*, quapro-
pter omnis distinctio quae reperitur in Angelo,
tam specifica, tam generica, quam numerica for-
males sunt, & nihilominus distinctio numerica
non est specifica; Item distinctio, quae datur in-

ter duos actus intellectus eiusdem speciei in An-
gelo, & inter duos actus voluntatis etiam eius-
dem speciei, non potest esse distinctio materialis,
quia nec in Angelo cuius actus sunt, nec in ipsis
intellectionibus vlla est materia, potius enim di-
cenda est illa distinctio formalis, cum addito vi-
delicet singularis, & individua, tum quia origi-
nantur ab Angelo, qui est forma completa sub-
sistens, tum quia profluunt ab intellectu Angeli-
co, qui est forma Angeli, tum denique, quia talis
distinctio numerica reperitur inter illos duos actus
est distinctio, immediate consequens entitatem
intellectionum, & per quam formaliter distin-
guuntur illi duo actus intellectus, quae vera for-
ma accidentales sunt, item distinctio numerica,
qua Deus distinguitur ab omni individua crea-
tura, quatenus individua est, non est materialis
vilo modo, sed formalis, cum sit formalitas Dei,
& nihilominus nec ista nec supradicta distin-
ctiones numericae sunt specificae: ergo bene po-
test esse quaedam distinctio formalis, sine eo
quod sit essentialis, & specifica, cum possit esse
formalis, numerica, & singularis: ergo licet indi-
viduatione, & distinctio numerica compositi, sit
formalis, quia sumitur à forma, non est necesse
quod sit essentialis, & specifica, cum non sumatur
à conceptu specifico formae, sed à conceptu sin-
gulari, & individuali ipsius, quibus funditus la-
befacta corrumpit obiectio illa adversariorum
equivocationibus, & sophismatibus plena.

Ad primam autem partem obiectionis, quae
vere non est contra nos, sed potius pro nobis, ut
patebit ex conclusione sequenti, respondeo verum
quidem esse adaequatam causam intrinsecam in-
dividuationis substantiae materialis completae
esse formam, & materiam, quod nos nullo modo
negamus, solum enim assero comparando mate-
riam cum forma hanc esse paritalem intrinsecum
praecipuum principiumque individuationis sub-
stantiae completae compositae, sicut etiam materia
necessaria est ad rationem, seu unitatem specifi-
cam, non enim potest ratio hominis, vel humani-
tatis ut sic sine materia constitui, & idem est de
ratione generica animalis viventis, &c. & nihilo-
minus absolute dicitur ratio specifica sumi à
forma, quia illa dat ultimum completum solum-
que praesupponit materiam, ut quid potentiale,
& indifferens: eadem ergo ratione illa dicitur
principium individuationis, quia illa dat vlti-
mum substantiale complementum individui,
quamvis praesupponat materiam, ut potentialem
de se, & indifferens propter quod dixit Aristote-
les, *supra, & 1. Physicorum cap. 7.* formam consti-
tuere hoc aliquid, & quoniam ut supra diceba-
mus per idem distinguitur res, per quod consti-
tuitur eadem forma, quae constituit hoc aliquid,
distinguit illud ab alijs, quoniam actus est, qui
distinguit asserante Aristotele; loquimur au-
tem ut bene advertit P. Franciscus Suarez de re
ipsa secundum se, nam quoad nos, qui ex rebus
materialibus cognitionem sumimus, saepe distin-
ctio individuum ex materia sumitur vel ex
accidentibus, quae materiam consequuntur, ut
sunt quantitas, & aliae proprietates, at vero se-
cundum se, sicut differentia sumenda est à prin-
cipio substantiali, & non ab accidentali, ita inter
ipsa substantialia principia ab eo sumenda est,
quod praecipuum est, & magis proprium, ac vlti-
mum constitutivum ipsius rei, huiusmodi autem
est forma, ut ostensum est.

320 Disp. IV. De principio individuationis,

- 20 Secunda conclusio, principium totale, & adæquatum, intrinsecum individuationis substantiæ completæ corporeæ est materia, vñio, & hæc forma substantialis vñio non tanquam principium, sed tanquam ratio formalis principian- di: hæc est sententia D. Thom. *quest. de potentia, art. 8.* vbi dicit substantiam individuari per se ipsam, & propria principia, & super Boëtium de Trinitate, opusculo 70. *quest. 4.* probatur hæc conclusio.
- 21 Primo hæcceitas, seu individuatō non distin- guitur ex natura rei, à natura specifica: ergo ne- que principium adæquatum ex quo formaliter sumitur ista singularitas debet distingui ex na- tura rei ab illo principio adæquato, ex quo sumi- tur natura specifica: hæc consequentia est nota supposito antecedenti, nam si principia distin- guerentur realiter, similiter, & formalitates ex illis desumptæ, v. g. homo qui est animal rationa- le, distinguitur ab equo, qui est animal irrationa- le, & brutum, quia principia intrinseca hominis, v. g. anima rationalis, & vñio supposita materia distinguuntur maxime ab anima equi vñione ip- sius cum materia, quæ sunt principia intrinseca equi, tunc sic: sed principium adæquatum ex quo sumitur formaliter, non solum natura specifica hominis, sed etiam natura generica animalis, non tamen est materia tantum vel forma, sed totum compositum physicum, ergo principium adæqua- tum ex quo formaliter sumitur individuatō erit totum hoc compositum singulare hæc forma nimirum, hæc materia, & hæc vñio: illa minor sic probatur, quia in rebus materialibus, prima ra- dix totius potentialitatis est materia, & prima radix totius actualitatis est forma, & ideo verum est in eis genus sumi formaliter à tota ipsa natu- ra, vt concipitur sub gradu imperfecto, & perfe- ctibili per differentiam, radicaliter vero à mate- ria, & differentiam sumi formaliter etiam à tota natura, vt concepta sub gradu perfecto, radicali- ter vero à forma, quia propria, & formalis ratio generis Metaphysici est esse totum potentiale contrahibile per differentias oppositas, & propria ratio differentia est esse actum, per quem idem genus contrahitur ad constituendam speciem, & utrumque est prædicatum vniuersale speciei, quod necesse est totum continere, quod continet species secundum proprium modum, genus qui- dem actus simul, & potentia, differentiam vero actum licet diuersa ratione, atque species conti- net, vnde necesse est utrumque sumi à tota natu- ra speciei formaliter, radicaliter vero à materia genus, & differentiam à forma, quia verum est primam radicem generis in rebus esse materiam, & primam radicem differentia formam, in quo sensu dictum est ab Arist. & à cæteris omnibus intellectum, quod genus sumitur à materia, & differentia à forma, quod optime explicuit D. Thom. de ente, & essentia, cap. 5. his verbis, si igitur genus significat indeterminate id totum, quod est in specie, non enim significat tantum mate- riam, similiter etiam differentia significat id to- tum, quod est in specie, & non tantum formam, & etiam definitio significat totum, & etiam spe- cies se diversimode, quia genus significat totum, vt quædam denominatio determinans id quod est materiale in re sine determinatione propria formæ; vnde genus sumitur à materia, tanquam ex radice, quamvis non sit materia, sed totum compositum, à quo formaliter sumitur; differen-

tia vero è conuerso est, sicut quædam determina- tio, à forma determinata sumpta præter hoc, quod de intellectu primo sit materia determinata, vt patet cum dicitur animatum, scilicet illud quod habet animam non determinatur quid sit, vtrum corpus, vel aliquid aliud; vnde dicit Avicenna, quod genus non est indifferentia sicut pars es- sentia eius, sed solum, sicut ens extra quiddita- tem, siue essentiam, sicut etiam subiectum est de intellectu passionum, & ideo genus non prædi- catur de differentia per se loquendo, vt dicit Arist. in 5. de anima, & ex hoc patet ratio quare genus, & species, & differentia se habeant pro- portionaliter ad materiam, formam, & composi- tum in natura, quamvis non sit idem cum illis, quia neque genus est materia, sed sumitur à ma- teria, vt significans totum, quia est idem, quod totum, nec differentia est forma, sed sumitur à forma vt à radice, vt significans totum, quia ab illo expresse, & formaliter sumitur: ergo ex ver- bis, & sententia D. Thom. est verum dicere genus & differentiam specificam sumi radicaliter à ma- teria, & à forma cum proportionem, & formaliter à toto composito, à materia videlicet forma, & vñione simul.

Secundo probatur, materia, & forma in com- 23
muni sunt ita causa adæquata compositi natu-
ralis, vt nec materia solum, nec forma solum in-
trinsece componat compositum; sed vtraque si-
mul: ergo hæc materia, & hæc forma erunt causa
adæquata huius compositi naturalis; ex quibus
sumetur adæquate, & totaliter formaliterque
prædicatum Metaphysicum individuationis il-
lius.

Confirmatur hoc, esse huius individui vere 23
dependet ab hac forma: ergo hæc forma erit il-
lius causa, & principium intrinsecum: sed si-
militer hoc esse huius individui vere dependet
ab hac materia; ergo nec vna, nec altera solum
erit adæquatum, & intrinsecum principium indi-
viduationis, sed vtraque: deinde hæcceitas, seu
singularitas Petri stare non potest cum sola for-
ma, aut cum sola materia Petri, ergo non adæqua-
te dependet à sola materia Petri, aut à sola forma
illius; sed ab vtraque simul: ergo vtraque simul
est principium intrinsecum adæquatum, ex quo
formaliter, & immediate sumitur individuatō
in quo sensu hæc conclusio ab omnibus, tam
Scotistis, quam Thomistis sumitur; imò à nullo
potest Philosopho negari, quia illud quod est
principium adæquatum entitatis est principium
vnitatis; sed adæquatum principium entitatis in-
dividua compositæ est hæc materia, & hæc for-
ma: ergo adæquatum principium individuationis
est hæc materia, & hæc forma.

Confirmatur, & explicatur à priori, quia vnum
est passio entis, & solum addit supra ens nega-
tionem divisionis: ergo ab eisdem principiis ha-
bet res, quod sit vna, & quod sit ens, sed substan-
tia materialis completa, non tantum integratur
in suo esse, per hanc solum materiam, nec per hanc
solum formam, sed per vtramque, vt vnitas: ergo
ab vtraque, vt vnitas habet, quod sit ens, & conse-
quenter quod sit vna numero. Vtgetur amplius,
quia principium individuationis adæquatum est
illud, per quod substantia completa est diuisa
à se, & diuisa à quolibet alio; sed hæc est entitas
sua totalis, quæ sumitur à materia, & forma, vt
vnitas: ergo à tota entitate rei sumitur princi-
pium adæquatum individuationis.

Tertia

24 Tertia conclusio, principium individuationis intrinsecum formae substantialis, non est ab alio extra se, sed ab ipsa entitate formae, & probatur sic primo, quia unitas individualis formae, & singularitas eius debet sumi ab aliquo principio intrinseco proprio, & determinato, & minime communi multis, sed forma substantialis, non habet aliquod principium intrinsecum proprium, & determinatum, à quo possit sumere talem individuationem, & singularitatem distincto à se: ergo sumit illam non ab aliquo alio principio, unde à se habet negative intrinsece, hoc est, non habet ab alio, sed à propria sua entitate intrinsece individuat, quatenus individuat, seu singularitas illius identificatur realiter cum conceptu specifico, & hoc est habere negative à se, quia non ab alio principio, ut dixi habet individuationem, nam sicut dicimus Deum habere esse à se, negative, & non positive, quia tale esse quod habet Deus, non habet participatum, vel productum ab alio principio efficiente, & extrinseco respectu ipsius Dei, sicut omnis creatura habet suum esse participatum à Deo, non quidem positive, quia etiam si ab alio non accipiat Deus suum esse, etiam à se non habet illud, tanquam à causa sui per verum, & positivum, & realem influxum à se in seipsum, quia idem respectu sui non potest esse realiter causa influens, sic similiter haec forma substantialis habet à se negative, & positive suam individuationem intrinsece, quia non habet aliquod principium distinctum à se intrinsece constituens ipsam formam in esse individuat, unde à propria entitate identificata realiter cum singularitate habet quod sit haec, & individua, & sic habet quod sit talis à se negative, quia non est aliud, ut dixi principium intrinsecum à quo possit sumi talis individuat in forma, non tamen positive est à se talis, quia ipsa non est principium intrinsecum per verum influxum causae intrinsecae, dans talem individuationem sibi accipiendo à se ipsa singularitatem ipsam, nec cum dicimus negative habere à se, excludimus à tali individuatione causam efficientem, seu principium extrinsecum, quia hic non inquirimus extrinsecum principium individuationis, sed solum intrinsecum, alioquin etiam dicere quis posset hanc materiam primam, & hanc quantitatem esse has numeros, quia Deus voluit hanc potius creare, quam aliam, sed hoc extra rem est, non enim hic inquirimus, ut dixi extrinsecum, sed intrinsecum principium individuationis: minor præcipua sic probatur primo, quia forma substantialis, v.g. anima rationalis excludit à se essentialem compositionem, quia cum omnis compositio essentialis sit ex actu, & potentia ex materia & forma, & forma non sit composita ex materia & forma, aliis ad unam formam daretur alia forma, & sic procederetur in infinitum: item iam forma non esset incompleta entitas essentialiter, sed potius completa, si quidem completur ex materia, & forma: unde talis forma iam non esset essentialis de qua loquimur, de cuius essentia debet esse simplicitas essentialis, quod convenit non solum animae rationali, sed etiam cuicunque formae: nam licet forma materialis composita sit ex partibus integralibus, nihilominus non componitur ex partibus essentialibus: ergo forma substantialis ex eo quod forma sit, non habet principium intrinsecum suae entitatis: unde non habebit principium intrinsecum constitutivum sui, à quo possit habere suam

individuationem, quod clarissime, & evidentissime patet in anima rationali, quae omnino absolute, & simpliciter simplex est in sua natura, forma autem corruptibilis, licet componatur ex partibus integrantes, non potest dici in sententia Thomistarum ab illis sumere formam suam individuationem, tum quia uniformiter loquuntur in hoc negotio de anima rationali, ac de ceteris formis, de qua non potest dici, quod habeat suam individuationem à partibus integrantes, cum illis omnino careat, tum etiam, quia si de composito negant, quod habeat suam individuationem à partibus essentialibus, quibus constat, & de materia prima negant à partibus integrantes quibus constituitur sumere individuationem ne cogantur facere, & asserere, quod negabant, dicentes: nullo modo posse rem suam individuationem à propria entitate sumere, & à proprijs constitutivis, a fortiori negandum est etiam illis formam substantialem corpoream sumere, & habere singularitatem à partibus proprijs integrantes, quia iam talis forma haberet illam à proprio esse, & proprijs constitutivis intrinsecis, tum denique, quia de quacunque parte integrali formae substantialis iterum deberet quæri, à quo sumat suam individuationem, si dicatur sumere ab alia & alia, à quibus componitur, de eisdem eadem redibit interrogatio, & sic procedetur in infinitum: unde nullum principium determinatum erit, à quo possit sumi individuat entitatis formae; quare cum nulla maior ratio sit potius unius, quam alterius, nulla erit illarum principium individuationis formae substantialis, unde cum ex alio capere forma substantialis sit omnino simplex essentialiter, nec habeat principium intrinsecum constitutivum suae singularitatis, necessario dicendum erit, à nullo alio distincto à se principio intrinseco, sed à se negative habere individuationem formae.

Secundo probatur illa minor ex Patre Suarez, 25 nam imprimis nulla accidentia possunt esse intrinseca principia individuantia, ac constituenta hanc formam substantialem, quia talis forma, ut est haec, est ens per se, licet incompletum, & pertinet ad prædicamentum substantiae, & ad ipsum reducitur; item haec forma vel est simpliciter, & omni ratione prior accidentibus, & origo illorum, vel si aliqua supponit in genere causae materialis, non dicit per se habitudinem ad illa: sed ad summum requirit, ut conditiones, vel dispositiones necessarias ad præparandum subiectum: ergo nullo modo potest ab accidentibus individuari; deinde nec materia potest per se ipsam esse intrinsecum principium individuantem ullam formam, quia non est intrinsecum principium entitatis eius, idem autem est principium unitatis, quod est principium entitatis, ut saepe dictum est, quia unitas nullam rem addit entitati, sed negationem intrinsece comitantem illam: antecedens autem patet, quia materia est principium compositi intrinsecum, quia per suam entitatem componit illud, non sic autem componit entitatem formae: non est ergo intrinsecum principium eius; respectu autem illarum formarum, quae à materia pendent in fieri, & in esse, materia est causa per se in suo genere formae, non ut intrinsece componens illam, sed ut sustentans eam, quod est genus quoddam causalitatis, veluti extrinsecum, & hoc modo materia dici potest causa, & principium individuationis

individuationis taliam formarum in suo genere ex principio positivo, quod causa entitatis est causa unitatis, & quia materia non causat formam nisi singularem, & individuum: ergo causando entitatem causat individuationem eius; tamen, quia differentia individualis intrinsece prædicatur de re individua, & ideo non sumitur ex causis, quovis modo extrinsecis ipsius rei individua; sed ex intrinseco principio, seu entitate eius, & ideo hoc modo non potest esse materia principium intrinsecum individuationis formarum, quod à posteriori declaratur in ordine ad divinam potentiam, potest enim hæc forma substantialis conservari sine materia, & tunc sicut retinet suam differentiam individualementem, ita etiam suum intrinsecum principium individuationis: ergo non est materia huiusmodi principium intrinsecum; hoc autem manifestius est in anima rationali, in qua sicut esse non causatur per se à materia, ita etiam neque unitas, aut individuatō, ut notavit D. Thom., *contra Gentes*, cap. 75. *in solutione prima rationis*, & cap. 82. *in principio*: ergo materia non solum non est principium intrinsecum individuationis animæ, verum etiam nec causa per se eius, quamvis sit velut occasio quædam, ut organifato tali corpore Deus in illo talem animam creet.

Dices verum esse formam per materiam non individuari tanquam per intrinsecum constitutum entitatis eius, quia certissimum est formam non constitui intrinsece à materia: individuari tamen formam per materiam tanquam per terminum ad quem dicitur habitudinem.

26 Sed contra primo, & vrgent maxime hæ rationes, quæ supra agentes de principio individuationis compositi adductæ sunt à nobis, nam illud debet esse principium individuationis ali cuius, quod fuerit ita proprium, & determinatum, ut non sit commune, & indifferens ad multā: sed materia prima non est determinatus terminus, ut hæc, & singularis habitudinis, & respectus huius animæ, v. g. rationalis: ergo materia non potest esse principium individuationis huius animæ per modum termini. Maior illa iam supra loco citato longe, ac late probata manet: minor sic probatur; nam hæc anima rationalis, v. g. Petri non dependet essentialiter ab hac numero materia, quia cum spiritualis, & incorruptibilis sit, potest esse in quacunque alia, & alia, in infinitum materia, ut videre est in nutritione, nam anima rationalis quæ in utero matris informabat hanc numero materiam, dum nutritur, postea compositum illius formæ incipit de novo informare talis forma aliam distinctam numero materiam ab ea, quam in primo suæ informationis instanti informavit; unde hæc numero determinata materia non est terminus determinatus habitudinis huius animæ; ita hæc numero materia prima, quia est pura potentia, & commune subiectum formarum æqualiter respicit hanc numero materiam aliam, & aliam distinctas in infinitum, & sic eadem numero materia, quæ fuerat sub anima rationali, est postea sub forma cadaveris, & postea sub forma cineris si comburatur, ac tandem sub forma terræ: ergo una, & eadem materia numero est indifferens ad plures formas, & eadem forma ad plures materias, ut ex supradictis manifeste patet: ergo nec materia est principium individuationis huius animæ, nec anima hæc est principium individua-

tionis materiæ. Vrgetur magis, quia anima rationalis eadem numero manens, ita actuatur simul diversas partes materiæ componentes idem corpus, ut tota sit in singulis partibus: ergo non potest per coactionem ad totum corpus, & ad singulas partes eius se postulare, ut saltem in principio in tali materia introducat, licet postea possit illam relinquere, & aliam informare, & hac ratione individuari ab illa materia in qua primo introducit.

27 Sed contra, ut ait optime P. Suárez, hoc imprimis gratis dicitur, nam si eadem anima potest diversis temporibus varias materias naturaliter informare, signum est virtutem informativam, seu aptitudinem eius ad informandum non respicere, ut adequatum terminum hanc numero materiam; quo ergo fundamento dici potest ex se magis postulare unam materiam in principio quam aliam, vel magis intrinsece respicere unam quam aliam, alias eodem modo dici posset non à natura sua postulavisse, ut sub eis numero formis crearetur sub quibus creata fuit, & ab illis fuisse individuam, quamvis potuerit postea sub alijs formis conservari; sicut ergo hoc esset ibi gratis dictum, ita etiam sine fundamento dicitur de anima, fingi enim illam materiam numero quam proles per propriam nutritionem acquirit, & informat quille prius sub forma sanguinis materni, ex quo in principio corpus eiusdem prolis formatum est; certe sicut in illa materia postea per nutritionem disposita introduci potuit hæc numero forma, ita etiam si in prima formatione disposita fuisset virtute seminis ex sanguine materno, similiter potuisset eadem forma naturaliter in eam introduci, nulla enim reddi potest philosophica ratio, cur non potuerit: ergo hæc anima etiam ut hæc indifferens, est ad plures materias informandas, sive in principio in productione, seu postea in conservatione: nec refert, si quis dicat has materias censeri unam, & eandem, quia paulatim fit mutatio sub dispositionibus, & organisatione eiusdem rationis, quia hæc unitas materiæ, vel corporis magis est secundum externam speciem, & apparentiam, quam secundum veram, ac physicam entitatem corporis, seu materiæ: adde quod licet coningeret totam mutationem fieri per separationem integram vnius corporis, & coniunctionem alterius materiæ, nihilominus anima utrumque naturaliter informaret, sicut probabile est in resurrectione interdum eventurum, ut si contingat in hac vita duas animas easdem omnino materias informasse, poterit alteri earum dari corpus, ex alia materia, quod non minus connaturaliter informavit, quam si ex priori materia constaret: ergo signum est hanc animam, ut aptam ad informandum nullo modo respicere determinate hanc materiam, & consequenter non individuari ab hac materia, ut est hæc, etiam ut à termino suæ habitudinis transcendentalis, quia non est terminus adequatus illius individuat: ergo hæc anima per seipsam, & ex vi suæ entitatis, & consequenter, quia intrinsece habet talem individuum aptitudinem ad informandum corpus humanum ad eum modum, quod paulo antea de habitudine materiæ dicebamus, quia in assignando individuationis principio sistendum est in aliquo, quod per se individuetur: ergo si materia, vel quantitas dicantur per

se individuari, quanto magis id est dicendum de anima rationali, quæ per se est subsistens, & magis dat esse reliquis, quam recipiat ab eis corporum: ergo varietas est optimum signum à posteriori distinctionis animarum, quia est veluti occasio producendi diversas animas, non est tamen proprium, & intrinsecum principium individuationis earum.

28 Secundo contra, quia vnitas individualis, v.g. animæ rationalis est spiritualis, & substantialis sicut ipsa anima: ergo non dicit relationem transcendentalem ad materiam signatam quantitate, tanquam ad principium sui; unde ipsa vt sic non est principium individuationis animæ rationalis: hæc consequentia sic patet, quia si individuat animæ rationalis diceret relationem transcendentalem ad materiam, vt ad principium sui dependeret à tali materia intrinsece, & essentialiter, nam omnis relatio transcendentalis ad aliud, vt ad principium est dependentia essentialis; sed anima rationalis in sua individuatione non potest dependere essentialiter à materia; alias posset dependere in fieri, conservari, & existere ab illa quod est contra bonam Philosophiam, cum sequeretur ex hoc corrumperetur forma separatam à materia, atque adeo esse mortalem quod hæreticum est: illa sequela sic probatur, quia non est maior ratio quare dependeat individuat animæ rationalis, quæ tam spiritualis est, & tam substantialis, sicut ipsa anima, cum sit idem à parte rei cum illa, à materia prima signata, vt à principio sui, quam fieri animæ rationalis, & existentia illius; imo maior ratio datur in his, quam in individuatione cum fieri, & existentia animæ sint modi à parte rei distincti ab entitate animæ in sententia Thomistarum, quorum formalitates constituent in dependentia: ergo si existentia animæ rationalis, & fieri ipsius quia sunt formalitates spirituales, & substantiales pertinentes ad animam rationalem, non dependent à materia prima signata vel non signata: ergo à fortiori individuat, & singularitas animæ rationalis, quæ est vera substantia spiritualis, non dependebit, à materia prima, quia entitas animæ rationalis, cum qua identificatur individuat, non dependet à materia prima, propter rationem dictam, & sic necessario dicendum est non dari relationem transcendentalem, nec habitudinem, vt ad terminum, & principium individuationis animæ rationalis in ipsa singularitate animæ, alias esset habitudo, & respectus dependentiæ animæ à materia.

29 Dices, animam realem dicere relationem transcendentalem ad materiam primam, tanquam ad copartem per se, & nihilominus non dependere ab illa: ergo licet individuat dicat relationem ad materiam signatam quantitate, non inde recte inferitur dependere; sed contra, quia licet ordo transcendentalis ad aliquod quod non sit principium, non inferat necessario dependentiam, nihilominus ordo alicuius ad aliud, vt ad principium, cum indigentia ex parte dicentis talem ordinem arguere dependentiam in relativo transcendentali: ergo si individuat animæ rationalis dicit ordinem cum indigentia constitutionis, ex eo nimirum quod indigeat, ad constitutionem in suo esse singulari materia prima signata quantitate necessario dependebit à materia prima signata quantitate, cum accipiat suum esse individuale ab illa, sicut relatio prædicamentalis, quia

R. P. Ildeph. de Peñañel, Theol. Schol. Tom. I.

accipit suum esse individuale ab hoc numero termino dependet ab illo, & sicut hæc numero visio dependet ab hoc obiecto, quia accipit suum esse specificum, & individuale ab illo; cognitio enim divina licet maxime connectatur cum obiecto, cum tamen non specificetur ab obiecto nec accipiat suum esse ab illo tanquam à principio, non dependet ab illo: ergo si individuat animæ realis sumit suum esse ab hac numero materia, vel non signata necessario dependebit ab illa.

Confirmatur, quia tam differentia specifica, quam individualis in anima sunt actus metaphysici actuates, & perfectientes rationem communem anime, vt sic contractam in hac numero anima rationali per differentias dictas: atqui actus metaphysici perfectientes, & contrahentes potentialitatem animæ rationalis, ratione cuius vocantur formæ metaphysicæ, nullam proportionem habent cum materia prima, quæ pura potentia est, sine aliquo actu, tam physice, quam metaphysice, cum summa indifferentia, & sine aliqua determinatione, vt ex supra dictis patet: ergo sicut differentia specifica formæ propter has rationes sumitur à materia signata, vel non signata propter easdem non sumitur differentia individualis, & sicut à se est forma talis speciei negative, quia non est ab alio principio, intrinseco talis, ita similiter erit hæc numero forma à se negative, & non ab alio principio à se distincto.

Hoc idem intentum probatur omnibus argumentis, quibus probavimus differentiam individualement compositi, non posse sumi à materia signata vel non signata quantitate, eodem enim modo concludunt de individuatione formæ, ac de individuatione compositi.

Dices: hæc argumenta recte probare animam rationalem non habere suam individuationem à materia, non tamen id probari de formis substantialibus corporeis, quæ à materia pendunt in esse, & fieri, & conservari, quia hæc formæ ita informant hanc materiam numero, vt omnino sint determinatæ ad illam informandam.

Sed contra primo, quia si hæc anima, v.g. equi vel leonis tantum esset apta ex se ad informandam hanc numero materiam, omnes animæ equinæ, quæ possent illam numero materiam informare diversis temporibus, haberent inter se aliquam convenientiam realem, quam non haberent cum animabus equinis conformantibus alias materias, quia omnes illæ haberent aptitudinem ad informandam hanc numero materiam, quam aliæ animæ equinæ informare non possent, & idem argumentum fieri potest in omnibus formis, aquæ, ignis, & similibus, vt ait P. Suarez, quod scilicet sub eadem specie formæ ignis, v.g. detur, quædam latitudo individuum respicientium hanc numero materiam tantum, & aliam latitudinem, aliorum respicientium hanc numero materiam, & sic de alijs, atque adeo, sub conceptu specifico posset dari conceptus obiectivus substantialis, & communis multis individuis illius speciei, & non alijs, quod videtur absurdum, nam illa convenientia cum sit realis, & substantialis, erit etiam essentialis talibus formis, & consequenter species vltima erit divisibilis per plures differentias essentielles, quod involvit apertam repugnantiam.

Vltimo sic probatur principaliter, quia hæc numero forma vel est vna numero per ordinem ad vnam materiam numero, vel per ordinem ad materiam,

S s a teriam,

teriam, ut sic habentem virtutem receptivam illius, non primum, neque secundum: ergo non per ordinem ad unam materiam numero, tum quia divinitus eadem numero forma diversas numero materias simul, & successive informare potest, quia licet hæc forma semel facta in hac, & ex hac materia non possit esse in alia propter dependentiam, quam habet ab illa, quæ dependentia talis est, ut nec forma illa possit naturaliter conservari sine illo genere causalitatis materialis, nec etiam sit aliqua via, aut modus naturalis, quo possit hæc forma in aliam materiam transferri, ut ab illa conservetur, nihilominus tamen si entitas talis formæ secundum se consideretur, non videtur eius aptitudo intrinseca determinata ad hanc numero materiam informandam, ita ut intrinsece sit inepta ad informandam naturaliter quancunque aliam materiam, numero distinctam: ergo non recipit suam intrinsecam individuationem ab hac numero materia, etiam tanquam à termino suæ habitudinis seu aptitudinis informativæ. Probatur consequentia, non est hæc materia terminus adequatus illius habitudinis, quandoquidem aptitudo huius formæ secundum se æque connaturaliter posset exerceri in alia vel alia materia si in qualibet poneretur; nā, quod per causas naturales solum ponatur in hac materia, & non in alia, non tollit intrinsecam aptitudinem eius, neque facit ut hæc materia sit adequatus terminus illius, sicut fortasse est in univesto aliqua portio materiæ, quæ semper fuit sub eadem numero forma, & semper erit, nec fortasse est via naturalis ad variandam illam, & non propterea aptitudo materiæ de se determinata est ad talem formam, imo hæc forma indifferens est ad essendum in alia, & alia numero materia, & omnes causæ naturales non habent virtutem determinandi hanc numero materiam ad hanc numero formam, Deus enim determinat causas secundas ad individuationem rerum sicut causæ secundæ primam, ad speciem earum.

34 Antecedens vero suaderi potest, quia de potentia absoluta hæc forma transferri posset in aliam materiam, & illam informare; ergo signum est esse in tali forma aptitudinem naturalem intrinsecam ad informandam illam, quantum ex ipsa est: patet hæc consequentia, quia licet illa actio, seu transmutatio à materia in materiam huius formæ esset supernaturalis quoad modum, tamē terminus productus naturalis esset, compositum enim illud ex tali forma, & materia naturaliter subsisteret; deinde quia quælibet alia materia numero distincta est capax quantum est ex se cuiuscunque formæ individuat, etiam si contingit esse in alia materia numero distincta, sine fundamento enim existimaret quis capacitatem huius materiæ numero de se esse limitatā ad has formas potius quam ad illas, eo quod fortasse agentia naturalia secundum naturalem ordinem non possint efficere in ea eas individuas formas, quas in alijs materijs efficiunt, quia cum materia de se sit pura potentia, & indifferens, non potest ei conveniri ratione attribui talis determinatio, illa ergo materia numero quæ de facto est sub hac forma huius equi, quantum est ex se, capax esset alterius animæ equi numero distincti, quæ de facto informet aliam materiam: ergo, & e converso illa anima etiam est apta, quantum est ex se ad informandam hanc vel illam materiam; patet consequentia, quia potentia, & actus naturalis sibi mutuo

correspondent; unde potentia non respicit naturaliter, nisi actum illum, qui aptitudinem habet naturalem ad informandam illam.

Tum etiam, quia omnes materiæ eiusdem speciei habent eandem virtutem specificam passivam, eandemque inclinationem naturalem, & appetitum ad formas quas possunt recipere: ergo ex parte formarum non est maior ratio quare hæc, an potius numero materiam deponat, quam illam, cum qualibet earum sit sufficiens principium passivum illius, alias dicendum esset, hanc numero materiam sublunarem, non continere in sua virtute passiva formas singulares, quas continet alia numero materia, atque adeo illas non solum numero, sed etiam specie inter se esse distinctas, quia potentia, quæ est capax duorum actuum tantum specie distinguitur ab alia quæ est capax trium, cum distinctio specifica potentiarum desumatur à distinctione specifica actus adæquati.

Denique individuari non potest forma per materiam ut sic, propter easdem rationes, & etiam quia principium individuationis intrinsecum esse debet, saltem ut quo singulare, & individuum: at materia ut sic, nec est ut quod, nec ut quo singularis, & individua: ergo.

Ultima conclusio: materia non individuat à forma, sed à se negative, ut iam explicatum est; hæc est communis sententia DD. Societatis, breviter sic probatur, quia materia, vel individuat à forma substantiali, vel ab accidentali, ut est quantitas, sed à neutra individuat: ergo non à forma sed à se; minor sic probatur de forma substantiali primo ex fundamentis iactis, quia materia ex se est indifferens ad formas omnes, quatenus est commune subiectum receptivum earum, & quatenus est pura potentia ad omnes formas: ergo non individuat à forma substantiali.

Secundo, quia ut supra diximus ab eodem principio habet materia quod sit ens, & quod sit una numero, sed non est ens à sua forma, sed à sua entitate: ergo à sua entitate est una numero.

Tertio, quia materia præsupponitur cum sua entitate ante formam vel prioritate naturæ respectu primæ, vel prioritate temporis, & durationis respectu cæterarum: ergo cum sua unitate præsupponitur: ergo non individuat à forma.

Quod autem non individuetur à forma accidentali sic patet.

Quia si propter aliquam rationem sumeret individuationem ab illa maxime, quia est actus illius, & actus sicut dat distinctionem sic dat unitatem, sed falsissimum est in vestra sententia quod forma accidentalis sit actus materiæ, quia omnis actus informat potentiam cuius est actus, sed in vestra sententia omnia accidentia ac quantitates, & qualitates subiectantur non in materia prima, sed in toto compositio: ergo non sunt actus materiæ primæ, nec ab illis sumit individuationem suam ipsa.

Secundo, quia materia prima non potest habere suam individuationem ab accidentibus, etiam ut à terminis suæ habitudinis, quia cum hæc habitudo sit transcendentalis, & substantialis, non includit accidentia in suo primario, ac per se termino: ergo non sumit ab illis ut à termino suam individuationem eo vel maxime, quod licet varentur hæc numero accidentia, vel paulatim naturaliter vel simul supernaturaliter, & alia sumilia dentur, conservabitur eadem numero materia, quod sic evidenter patet in vestra sententia; nam per

per vos accidentia, quæ erant in genito, non manent in corrupto eadem numero, sed alia de novo resultant, & producantur à causis vniuersalibus, quia cum accidentia subiectentur in toto composito, necessario est, vt destructo illo tanquam per se subiecto accidentiū destruantur etiam ipsa accidentia; ac proinde fiat resolutio vsque ad materiam primam, ita vt quando de novo datur compositum aliud, de novo dentur alia accidentia, quæ in ipso subiectentur; atqui tam in priori, quam in posteriori composito, permanet eadem numero materia prima tanquam commune subiectum formarum vtriusque compositi; ergo nullo modo respicit hæc materia vt est hæc talia numero accidentia, vt ab eis inducitur, quin potius licet daremus hanc materiam requirere hæc numero accidentia, non ideo esset ipsa materia talis in individuo propter accidentia; sed propius è contrario talia accidentia requirerentur talia propter talem materiam loquendo à priori, & simpliciter tã in intentione, quam in executione.

Tandem sic probatur, quia indiuiduatio materie primæ est substantialis, & incorruptibilis: ergo non sumitur ab accidentibus, nec ipsa sunt principium indiuiduationis illius; hæc consequentia, supposito antecedenti, est evidens, quia substantia est prior omni accidente simpliciter: ergo ab accidenti non potest dependere sua indiuiduatio materia primæ: hæc consequentia sic patet, quia quod est prius non dependet à posteriori, & quod est causa, seu principium alicuius, non potest esse simul effectus, & principium respectu illius, in eodem ordine rationis, sed materia prima in ordine indiuiduandi est prior accidenti, & causa, seu principium indiuiduationis eius, vos enim libenter fatemini accidentia indiuiduari à subiecto: ergo materia prima, quæ est subiectu seu substantia non potest indiuiduari ab accidentibus. Deinde, quia accidentia nec sunt incorruptibilia, nec entia substantialia: ergo non possunt esse principium indiuiduationis substantialis, & incorruptibilis materie primæ, nec ipsi tribuere illam, quia nemo dat quod non habet, aut formaliter, aut virtualiter, aut eminenter, sed accidentia formaliter non continent substantiam incorruptibilem, vt est indiuiduatio materie primæ, alias accidentia essent substantia incorruptibilis, nec eminenter, alias accedens esset perfectius substantia incorruptibili, nec virtualiter, quia quantitas de qua loquimur nullam habet virtutem operandi.

Vrgetur, quia potentia substantialis passiva per se primo, & essentialiter respicit formam substantialem, & quasi consequenter accidentalem: ergo non indiuiduatur per ordinem ad illa, quia nulla potentia vti est materia prima constituitur primario, aut in esse specifico, aut in esse indiuiduali, per ordinem ad id, quod consequenter, & secundario respici.

35 Probatur nunc quod à se ipsa sit indiuidua, quia vnitas singularis, & vniuersalis in eadem re non distinguuntur realiter: ergo vnitas singularis materie est idem à parte rei cum suo conceptu specifico; vnde materia prima intrinsece indiuiduatur per suam entitatem intrinsecam realiter identificatur cum suo conceptu specifico, tandem quia quilibet conceptus realis est singularis per se à parte rei: ergo per suam entitatem, & prædicata intrinsece, vt constitutiva est indiuiduus; vnde si est entitas composita, vt homo à proprijs consti-

tutivis, scilicet à materia, & forma, vt explicatum manet, indiuiduabitur, si autem fuerit simplex, vt materia, & forma, à propria entitate, & conceptu erit indiuidua.

SECTIO VLTIMA.

Argumenta Adversariorum solvuntur.

Ad primum respondeo, vt responsum est ad 36 tertium argumentum, *quest. præced.*

Ad secundum negatur antecedens, quia potius differentia indiuidualis formalis est, vt ex supradictis constat; imo si aliquando dicitur materialis, non est in eo sensu quo ab adversarijs nuncupatur, neque ex eo quod sumatur à materia; sed potius ex eo quod sit extra gradum essentialem, & specificum reiteratione cuius vocatur accidentalis, ac materialiter se habens respectu scientiarum quæ non descendunt ad indiuiduationes rerum, sed solum sistant in gradibus specificis, vnde cætera quæ extra talem gradum reperiuntur materialia, ac per accidens se habent ad terminationem ordinis transcendentalis, & habitudinis essentialis illarum.

Ad tertium concedo maiorem: ad minorem distinguo illam per formam, id est per gradum specificum illius concedo hominem, & equum distinguui specie, per differentiam autem indiuidualem formæ distinguitur homo ab equo, non specie sed numero negatur consequentia: ad probationem illius, iam satis late dictum est in probatione nostræ conclusionis, videte ibi vbi soluta est æquivocatio illius particule formalis, & formaliter.

Ad primum secundæ sententiæ respondeo concedendo antecedens, & distinguendo consequens, nam quando dicitur ergo principium indiuiduationis earum non est tota entitas, vel negat adversarius ipsam formam, aut ipsam materiam per suam ipsam entitatem esse principium positive, influens in suam ipsam entitatem, vt sibi tribuat indiuiduationem per verum influxum, & in hoc sensu vere procedit illa propositio, vel solum negat formam vel materiam, à se negative esse indiuiduas, tum quia non habent causam intrinsecam constitutivam, ratione cuius sint indiuiduæ, tum etiam quia ex principijs proprijs habent identificatam differentiam indiuidualem cum gradu specifico, & cum tota propria entitate, vt in vltima nostra conclusione probatum manet, etsi in hoc sensu negat adversarius formam, & materiam à tota sua entitate esse indiuiduas falso procedunt, vbi adverte quod quando dicimus formam, vel materiam esse indiuiduam à se ipsa, non esse sensum, quod omnes gradus constituentes formam, vel materiam sint rationes formales indiuiduandi, cum verum sit solam vltimam differentiam contractivam gradus specificæque Scotistæ vocant hæcceitatem; nos autem singularitatem esse indiuiduationem, à qua tota entitas formæ, & omnes gradus, tam generici quam specifici virtualiter distincti ab ipsa indiuiduatione redduntur indiuidui, & singulares, ac per consequens tota entitas formæ, & materie ratione illius hæcceitatis sit singularis, quia autem entitas formæ identificatur cum ipsa singularitate, & ipsa singularitas identificatur, cum ipsa entitate formæ ex sua entitate, & natura, ita vt impossibile sit, quod entitas formæ, & materie reperiatur à parte rei, quin exigat, & petat

326 Disp. IV. De principio individuationis,

esse singularem, ex sua natura, vel identificari realiter cum quodam gradu; qui ex sua essentia sit singularitas, & individuationis; inde evenit, quod iure optimo possit dici, quod forma à tota sua entitate sit individua, tum propter exigentiam identificationis cum individuatione, tum formaliter propter individuationem identificatam cum tota entitate formæ; unde nullum est inconveniens, ut tota entitas formæ sit individua, & dicat convenientiam, & diversitatem secundum varios gradus virtualiter distinctos, licet formaliter, & à parte rei identificados; nam secundum gradus genericos, & específicos convenit forma cum alia forma, secundum autem gradum individuaalem disconvenit cum illa, quare secundum eum gradum quo convenit non disconvenit, & secundum eum gradum quo disconvenit, & differt, non convenit, nec assimilatur, & nihilominus est verum dicere totam entitatem formæ, v. g. vel materiæ, à se negative intrinsece esse individua, quia non habet principium intrinsecum, ut supra explicuimus distinctum ab entitate formæ, à quo possit individuari, ut totum compositum habet formam substantialem, à qua distinctione reali includentis, ab incluso distinguitur, & ab ipsa intrinsece individuatur, dum autem Adversarij intelligunt nos asserere totam entitatem formæ esse principium verum, & reale individuationis formæ falluntur eadem; nam omne principium distinguitur realiter à principio, sed tota entitas formæ, non distinguitur ab individuatione formæ: ergo tota entitas formæ non esse potest principium individuationis ipsius; unde si physice loquamur forma nullum habet principium individuationis positivum; si autem Metaphysice loquamur ipsa individuationis non habet principium, quia ipsa est principium formale individuandi; ex quibus omnibus colligitur evidenter, quam vere à nobis dictum, & pronuntiatum sit totam entitatem formæ à se esse individua negative, quo funditus labefacta manet, ac corrumpit tota ratio adversariorum.

Ad confirmationem illius minoris eodem modo respondetur, asserimus enim quod licet tota entitas formæ à se intrinsece negative individuetur, nihilominus non habere principium verum, & reale positivum, à quo individuatur, quia quando res est simplex essentialiter, non est necesse ut ab aliquo à se distincto tanquam à principio sumat esse, quod habet; Deus enim res simplicissima est singularis, & ideo à nullo alio principio à se distincto sumit suum esse individuum, sic similiter Angelus Gabriëlex eo quod entitas simplex est, nullum gradum talis entitatis sumit, ab aliquo principio intrinseco distincto à se, in Gabriële enim reperitur gradus genericus, gradus specificus, & gradus individualis, quia nulla entitas potest dari à parte rei sine individuatione, à qua singularis, & individuatur; unde Gabriëlex, Angelus, qui à parte rei vere existit, debet esse singularis, & individuus: atqui nec gradus genericus, nec specificus, nec individualis, in Gabriële Angelo sumitur ab aliquo alio principio distincto, ab entitate Gabriëlis, sed potius à se ipso intrinsece, & negative ut diximus, sicut est Angelus, & Angelus Gabriëlex est tale individuum, singulare Angelicum distinctum, à quolibet alio, quia nullum est principium distinctum à se, à quo possit sumere gradus, quibus intrinsece constituitur: ergo non omnis individuationis, seu gradus substantialis, dum res

sit essentialiter simplex, petit ut sumatur ab aliquo principio intrinseco, sufficit enim ut à se negative sit talis entitas illa, cum autem forma, & materia substantialis sint simplices entitates essentialiter, hoc est excludentes essentialem compositionem licet integraliter sint compositæ, non sumunt suam individuationem ab aliquo principio distincto à se, sed potius negative intrinsece, à se nunc individua propter rationes supra late explicatas.

Ad secundum respondeo concedendo maiorem distinguendo minorem; non sumitur ab essentia præcise, tanquam à principio vero positivo concedo, non sumitur ab essentia id est hæc essentia, huius animæ rationalis, non petit esse hanc numerum ex sua natura per singularitatem identificatam secum, id est non petit esse individuum, à se intrinsece negative, & non à principio intrinseco nego; nam licet essentia animæ huius rationalis non sit verum principium reale à quo sumatur individuationis, quia individuationis, & essentia sunt eadem entitas à parte rei, nihilominus illa essentia ex sua natura, & intrinseca ratione identificatur cum sua singularitate; unde ex sua natura singularis est à parte rei, imo à parte rei nullo modo non potest esse singularis ex sua entitate, cum ex sua entitate identificetur cum singularitate, quia autem licet derur identitas formalis à parte rei, inter essentiam huius animæ rationalis, & suam singularitatem, cum derur distinctio virtualis inter ipsas, inde evenit quod essentia sit principium conveniendi, & singularitas principium disconveniendi, quæ distinctio virtualis sufficit, ut si metaphysice loquamur, quod cum veritate possumus dicere, talem essentiam, ut distinctam virtualiter ab individuatione non esse rationem formalem, & principium formale individuandi, hoc enim sine dubio est ipsa individuationis, quia ipsa est constitutum individui inquantum individuum est, sicut rationalitas est constitutum hominis in esse rationalis, cum autem ipsa individuationis animæ rationalis vel materiæ primæ sit individuationis identificata cum quadam entitate simplicissima essentialiter ut explicuimus, hoc est sine compositione essentiali, & quæ non habet aliquid principium intrinsecum suæ entitatis, inde est quod non habeat principium dicta singularitas formæ, & materiæ, sicut singularitas Angeli, à nullo principio distincto à se sumitur; unde essentia formæ substantialis, & materiæ, sicut propter suam simplicitatem à se, negative intrinsece, & non ab alio habet suam entitatem, ita à se intrinsece, & non ab alio tanquam à principio habent suam individuationem; unde essentia huius animæ quatenus distinguitur ab essentia alterius animæ à parte rei est à se negative, ut diximus hæc, & individua, & à se petit identificari cum hac individuatione, essentia enim huius animæ, & essentia alterius animæ realiter, & à parte rei distinguntur, & est verum dicere anima rationalis Petri est distincta à parte rei ab essentia animæ rationalis Ioannis, quia in hac anima rationali Petri, non solum eius individuationis, & singularitas, sed etiam omnes gradus substantiales, & essentielles distinguntur realiter, non solum ab individuatione animæ Ioannis, sed etiam ab omnibus gradibus essentialibus repetitis in anima rationali Ioannis; nam Deus poterat annihilando animam rationalem Ioannis, à parte rei annihilare non solum individuationem, sed etiam omnes gradus essentielles talis animæ rationalis,

tionalis, & nihilominus conservare non solum individuationem animae rationalis Petri: sed etiam omnes gradus essentialis tam generici, quam speciei reperti in anima ipsa rationali, de qua loquimur, nulla enim identitas reperitur inter animam rationalem Petri, & animam rationalem Ioannis, in aliquo gradu tam individuali, quam essentiali ipsarum, solum enim datur aliqua convenientia, & similitudo inter gradus genericos, & específicos illarum animarum, & dissimilitudo inter gradus individuales earundem propter distinctionem virtutalem quae reperitur inter tales gradus, quae distinctio sufficit, ut detur à parte rei fundamentum, ut gradus illos genericos, & específicos praescindat ab individualibus, & ut sic praecisos concipiat, tanquam vna, & eadem formalitas communis, & indifferens multis, ratione cuius conceptionis, & fundamenti reperti à parte rei Metaphysice loquendo solet dici hanc, & illam animam esse eiusdem speciei, & eiusdem essentiae, & talem essentiam esse communem, & indifferentem, ac ex se non allegari potius ad hanc individuationem quam ad aliam, quod debet intelligi in ordine ad nostram cognitionem, & rationem concipientem res aliter, ac sunt formaliter solum propter aliquod fundamentum, quod reperitur in rebus, nam si nobis loquendum sit de rebus ut sunt à parte rei formaliter, sine dubio à nobis cum veritate asserendum erit hanc essentiam huius animae rationalis, & quicquid est in ea à parte rei esse individuationem, & singularitatem, quia à parte rei haecceitas, singularitas, & individuatō talis animae rationalis est idem, quod tota entitas animae rationalis Petri; & quod omnes gradus essentialis ipsius animae rationalis, ac proinde quicquid est in tali anima distinguitur realiter, & à parte rei ab omni, quod est in alia anima, quia quicquid est in anima Petri, v. g. identificatur realiter cum individuatione animae Petri; unde essentia animae Petri, non est indifferens, nec communis multis: sed determinata ad individuationem; unde talis essentia, quatenus à parte rei existit ex se, & intrinsece individua, & singularis est; & individuatō eius, tanquam individuatō rei simplicis, non habentis principium intrinsecum, nullum eadem ipsa principium à quo sumatur.

Ad tertium eodem modo respondeo ac responsum est ad reliqua argumenta huius sententiae; nam licet verum sit, quod essentia animae Petri, v. g. non sit principium individuationis illius animae, quia non distinguitur ab ipsa individuatione; principium enim verum, & reale distinguitur realiter à principio, nihilominus tamen certissimum est, talem essentiam à se esse individuum, in sensu à nobis supra late explicato, quia ex sua natura, & ex se petit identificari realiter, cum differentia individuali propria, ratione cuius formaliter individua est.

Ad ultimum respondeo eadem responsione; adversarij enim illo argumento solum probant essentiam non esse verum principium individuationis, quod nos libenter fatemur, ut ex dictis patet, non autem probant suam rationem talem essentiam ex se, & ex sua entitate, seu natura non esse individuum, cum ex sua natura talis essentia sit eadem entitas, cum individuatione propria, quam individuationem non habet essentia ab aliquo principio intrinseco distincto à se: sed à

se ipsa, sicut quaecunque res simplex, v. g. Gabriel, à se, & non ab alio distincto principio à se est Angelus, & Gabriel Angelus, & talis Gabriel individuum, scilicet substantiale Angelicum; unde id, quod addunt adversarij dicentes essentiam animae indigere addito individuationis, id est, quod addatur individuatō supra essentiam, ut fiat singularis, in æquivoco laborat; nam si loquuntur de additione à parte rei, falluntur sine dubio, quia differentia individualis nullo modo additur realiter supra essentiam, cum talis essentia, ut saepe diximus, non distinguitur à parte rei, à differentia individuali; sed potius identificetur essentia, cum tali differentia; & sint vna, & eadem entitas à parte rei, ac proinde sit verum dicere essentiam ex sua entitate esse individuum à parte rei, quod nos asserimus in nostra conclusione, si autem loquantur adversarij de additione per rationem, non est ad rem talis additio, quia cum sit ficta, nihil operatur in rebus, quae sunt à parte rei, & è quibus ut sic, & in illo statu loquimur.



QVÆSTIO VLTIMA.

Quod sit principium individuationis accidentium realium, & modorum.

SECTIO I.

Sententiae Adversariorum proponuntur.

PRIMA sententiam asserit accidentia realia, & modalia individuari intrinsece à subiecto: sic Thomistae communiter, & probatur.

Primo, quia accidens habet totum suum esse in ordine ad subiectum; sed singularitas accidentis est esse accidentis; ergo singularitatem, & individuationem sumit accidens à subiecto; hæc consequentia sic probatur, quia vnaquæque res debet individuari eisdem principiis à quibus habet esse, sed esse habet à subiecto intrinsece, tanquam à principio: ergo individuationem habet ab eodem.

Confirmatur, quia individuatō est vnitas: sed vnitas sumitur ab illo à quo sumitur esse & esse sumitur à subiecto: ergo & vnitas, quia vnitas ab eodem sumitur, à quo sumitur essentia, quia ab eodem à quo sumitur principale, & essentielle sumitur accessorium, & attributale: sed vnitas est attributum essentiae; & essentia sumitur à subiecto; ergo vnitas debet sumi ab eodem.

Secundo probatur, quia si accidentia non individuarentur ab eodem subiecto, possent plura accidentia solo numero differentia in eodem subiecto recipi, quia non obstante identitate subiecti habere possent inter se distinctionem; unde nulla posset ratio huius repugnantiae assignari; videmus autem idem subiectum non posse duas albedines, vel duos calores recipere: tota ergo ratio huius est; quia à subiecto individuantur.

Secunda sententia asserit solos modos individuari à subiecto, & non accidentia realia, hæc sententia sic probatur; quia modus quatenus distinguitur